



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Consilium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

Conseruator.

1 **C**onseruator, i. Iudex datus à Papa ad defendendum aliquem contra apertas iniurias, potest cogere per excommunicationem brachium sæculare ad se adiuuandum.
* *Syl. Conseruator. nu. 4.*

Consilium, vide Restitutio.

1 **C**onsilium sequi tenetur, qui iubetur facere de consilio, aut secundum consilium, non autem si petere tantum aut facere cum consilio. *Vide c. 1. Ne sed. vac. lib. 6.*
* *Lege Syl. consilium. 1. 2.*

2 Si is, cuius consilio faciendum est, aut dare non vult, aut est absens, procedi potest ad actum, si est periculum in mora. * *Syl. l. c. 5.*

3 Consilium à se datum reuocans non tenetur secundum quosdam, de damno secuto, si tamen non persuadet, tenetur monere illum cui paratur damnum, vt caueat. Quidam tamen aiunt, semper de damno teneri suo consilio facto, si nõ persuasit dam reuocaret, quia verè damni causa est: aliud verò longè esse in mandato quod sufficit reuocare: postea enim non potest dici damnum datum ex mandato.
* *Vide Nau. c. 27. num. 233. de irregularitate loquentem.*

Consuetudo, vide Lex.

1 **C**onsuetudinem generalem habentem vim legis, non potest Episcopus abrogare.